

P V I S

1 6 1 8

- | | |
|---|---|
| <p>Leonardi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Mundorpii paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pormacii Heptas simulane Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Pr.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electore Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis ratis Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXIX. Estellor Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v Alberto Voito dicitur.</p> <p>XXX. Fentzeii in obitum Eiusdem Principis.</p> <p>XXXI. Angeli ad Barone de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXII. Memoria Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXIII. Abrahami Cremeri de promotione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIV. Propemptica Fyselio et Cremeri dicitur.</p> <p>XXXV. M. Victori, cum renunciaretq Rector.</p> <p>XXXVI. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyselii A.</p> <p>XXXVII. In Magisterii Honore Joh. Cram.</p> <p>XXXVIII. M. Krotii in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Copenii.</p> <p>XL. Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XLI. Christiani Vopleri.</p> <p>XLII. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLIII. M. Copenii Gratiam. Tunc in Magisterium.</p> <p>XLIV. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLVI. Apocryporum Politicorum sigula.</p> <p>XLVII. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVIII. M. Pucneri.</p> <p>XLIX. M. Richardi.</p> <p>L. Wolfgangi Hanen.</p> |
|---|---|

Ec. 11



VLI

40

IN NOVOS MAGISTERII

Honores

Reverendi Clarissimi Humanissimi & Doctissimi Viri,

DN. CHRISTIANI VOGLERI,
Archi-Diaconi Johannitani in veteri Magdæbur-
go dignissimi,

Cum ipsi

Pro-Rectore Academiæ Juliæ Magnifico

Viro Reverendissimo Clarissimo

DN. CASPARO PFAFFRADIO, SS.

Theologiæ Doctore & Professore eximio,

CANCELLARIO PRO TEMPORE

designato, meritissimo,

Viro Clarissimo & Excellentissimo

DN. M. HEINRICO MEIBOMIO, Poëta

Cæsar: & Historiarum P. P.

à

DECANO COLLEGII PHILOSOPHICI

Viro Spectabili & Clarissimo

DN. M. CORNELIO MARTINI acu-

tissimo.

JURE MERITO QVE

Magisterij insignia, Titulus, gradus & dignitas unà cum

XV. Candidatis, inter quos primum locum obtinuit, decernerentur,

ac conferrentur.

F U N D E B A N T

Collegæ Compatres, Fautores & Amici.

XV. Junij Anno æræ Christianæ

DeVs sIt nobIs CVM.

MDCVII

MAGDÆBURGI EX OFFICINA ANDREÆ BEZELII.

IN NOVOS M. G. S. T. E. R. I. I.

DN. CHRIS. TIANI VOGELI
Archi-Diaconi Johannessen in v. c. Mag. d. p. r.

DN. CASPARO PRATERADIOSS

CAV. ... PRO P. M. R. O. R. E.

DN. M. ... M. B. I. S. O. M. I. O. P. O. S. T.

DECANO COLLEGII THEOLOGICI

DN. M. CORNELIO MARTINIS

... EMERITUS

ZV. Candidatus ...

... F. A. V. T. ...

MAG. ...





I.



Loria, si fugias, Umbræ te more se-
quetur,

Sin quæras, à te protinus illa fugit.
Sic VOGLERE sacri non deneger accola
Pindi, (cri:

Et nunc Eloquij Præco diserte sa-

Quos non ambieras, modò te comitantur honores,
Ut clarum Aonia nomen ab arte feras.

Quæ tibi jamdudum spondebat præmia Pallas
Et fuit in laudes prodiga tota tuas.

Sed, quoniam virtus tua nullius indiga laudis,
Fugisti armigeræ munera tanta Dex.

Pallas, abi, dixit, sed nos quandoq; revises,
Ornaboq; tuas Daphnide fronde comas.

His ea si confers, tibi quæ nunc Julia præstat

Dixeris: Augurium res probat esse ratum.

Verum age, quid moneant insignia, quidve requi-

Quæ Jove nata tibi donat honora, vide. (rant

Nam tua purpureo frons quod redimitur amictu,

Convenit ingenuis artibus iste color.

Exposita insidijs est purpura, Doctus ubiq;

Sustinet insidias, vera docendo, graves.

A 2

Præ-

Præcipuè te Christe docens, quem purpura adum-
Illita de cuius lana cruore rubet, (brat
Qui docet hunc mundasse suo nos sanguine fuso,
Huic odia Ausonij sunt toleranda Patris,
Aurea dehinc digito circundatur orbita, non quòd
Ornamentum auro debeat illud emi,
Sed velut in medijs aurum inviolabile flammis
Permanet aspectu spendidiore nitens:
Sic quoq; per cunctos fidei vis splendeat æstus
Quam debes Sophiæ præcipueq; DEO.
Annulus in sese perfectum continet orbem,
Cujus non finis principiumq; patet.
Sic & qui CHRISTO Claræ debetur & arti
Sit ratus & finem non habiturus amor.
Admoneant libri, tibi qui traduntur aperti,
Quod te Doctorum pagina nulla fugit.
Jus datur hinc artes & cælica Verba docendi
Ocia nec posthac desidiosus ames.
Gratulor ergo tuo symmysta fidelis honori,
Sit tibi, sitq; ovibus commodus ille tuis.

ELIAS POMARIUS,

*Ecclesie Petrine apud Magde-
burgenses Pastor.*

Voce

II.



Oce sua Ludos DEUS autor fundat, &
artes,

Semina noticia fecit habere suis. (sto
Hac fini, ut mentem doctrinae flore venu-
Ornet homo, ingenium & cum ratione

Sitq; illi sanus de rerum sensus amussi, (regat.

Autoris normam reddat & ipse DEI.

Artibus & cultus caelestia verba propaget,

Quae sine religio stare serena nequit.

HINC patet esse bonis tribuendum tempora Musis,

Quas sine sollicito nemo labore colit.

HINC patet & curare DEUM, quas condidit artes,

Artis & hunc verè velle & amare decus.

Ergo artes par est bellè cognoscere, quisquis,

Ut teneat, fas est, ordine quasq; suo,

In primis verset curam hanc sub pectore, fungi

Si quis Apostolica munere sortis avert.

Nam sine linguarum studijs, ac artibus haustis

Accessus non est ad sacra scripta patens.

Subsidijs opus est, & lumine, & arte sagaci,

Quae monitrix veri est, falsa q; texta notat:

Usq; hinc errorum cumulus se tollit in altum,

Et fidei normae dissona sensa vigent,

Quod temerè invadunt quidam sacra munia, qui sunt

Voce quidem instructi, sed satis arte rudes,

A 3

Quos

Quos benè lex fandi latet, & sacra distinguendi
(Evolue, in versum subratione patet.)
Unde piè ac dextrè sacras res pandere dictis
Haud possunt, dubia hinc nil nisi sensa tenent.
Et res in medium promunt sine teste sub umbras,
Per quas religio sollicitata cadit.
Solum artis studium, si sobrius usus in illo est,
Hæc caret: hoc igitur, ceu decet, omnis amet.
Qui facit, ille dabit sua quæ sacra munia poscunt
Belle, erit & quovis dignus honore coli.
HÆC animo mecum reputans VOLERE colende,
Compater, haud nequeo dicere JUSTA tibi,
Cum nunc censura doctæ te subdis, & isthinc
Perfuncti studij præmia digna petis,
Est ita: tu Sophie de fontibus ora rigasti
A puero, studijs tempora grata dicans.
Atq; benè es ductus certa ratione per artes,
Ingenio undè vales, judicioq; viges,
Queis capita & partes doctrinæ ita tradis, ut equū est,
Et fidei ad lancem consona dicta sonas,
Solvis & argutos nodos, reddis quoq; plana,
Quæ veniunt dubiâ prædita dicta technâ.
Usg; & Doctorum studia omni ex ordine libas,
His tua teq; ornans, & benè quæq; gerens.
A vero abludit, quod plebes garrula garrit
Te, tua rura, Deo quæ modo dante tenes,
Præ Musis sic amplecti, sic carpere fruges,
Munia ut haud jussæ sortis obire queas.

Falsum.

Falsum hoc: tu artis amans, vigil, hæc modò & illa
revolvis

Mente, manu, ac oculis scripta diserta virum,
Ritè tuum undè ornas munus, tua scriptaq; adornas,
Atq; juvas sanctæ Relligionis opus.

TALIS tu VIR es, (rumpantur ut ilia Momo
Invidiâ) talem te mea Musa colit.

Hinc meritò dignus parte virtutis honore,
In Sophia summus qui solet esse gradus.

Dignus es & pridem dignus, cum fas decus artis
Sit dignè excultis usq; referre viris.

Ergo hunc tu leto cape vultu letus honorem,
Ceruleâ mitrâ hac, quam modò fronte geris.

Atq; latente Dei fato illum hucusq; repostum,
Jam, scito, capias SAT CITÒ SATQ; BENE.

Qui velit, invideat factum, & suggillet acerbis
Verbis, est factum, quod bonus omnis amat.

Forti animo invidiam tolera, quæ non nocet illi
Quem petit, auctori sed nocet ipsa suo.

Displiceat rudibus quavis de parte necesse est,
Qui doctis doctâ mente placere volet.

Ipsè ego collatum toto tibi grator honorem
Pectore, & hoc spirent optima quæq; precor.

Sis florens, fortis, sis vividus, usq; sereno
Sors tua te vultu prosperet, atq; beet.

Annue CHRISTE meis votis, atq; esto MAGISTER
Tu solus noster, nos rege, nosq; doce.

Utq;

*Utq; coli possint artes, doctrinaq; sana,
Da pacem nobis à lue, Marte, fame.*

A D A M U S G R O S S,

Diaconus Catharinianus.

III.



ADIT VOGLERUM Musarum ductor
Apollo

JULIA cùm celebris tecta subire
Scholæ. (sas

Lætus adit sacras, testatus gaudia, Mu-
Numina Pierijs invenienda jugis.

Atq; ait: Est multos nobis VIR deditus annos

VOGLERUS nostri, lausq; decusq; chori.

Est VIR, cui Pietas virtutum Maxima cordi,

Purus amor CHRISTI, justificansq; fides,

Est VIR, Theologæ non os ignobile Suadæ

Qui docet in sacrâ cælica verba domo.

Cui tractare moræ non sunt pia dogmata, Titan

Seu lateat, cellis seu revehatur equis.

Et meritò, quid enim melius mortalibus unquam

Esse potest Veri cognitione DEI?

Non huic divitias, non, quod Tagus egerit, aurum

Præfero, non cunctas quas tenet orbis opes.

Hoc illi faciunt quorum mens nescia verbi

Salvifici, tumidæ fluctuat instar aquæ.

Ulla nec in tristi reperit solatia morte,

Quæ strepitum passu non faciente venit.

Vos

Vos igitur Castæ, mea Lux & Vita, Sorores,
Nectite jam promptâ florida lerta manu
Doctaq; VOGLERI succingite tempora, clarum
Qui nunc Juliacâ nactus in urbe gradum,
Nec cessate diu, DIGNO largimur honorem
Sic benè certanti victa brabeia damus.
Sic ait: En Musæ sua dona feruntq; precantur
Ut tuus æternus non moriatur honor.

M. AARON BURCKHART

Ad D. Vdalric: Diacon.:

IV.



*UÆ nova summipotens monstravit ab
axe Deorum?*

*Exponenda puto versibus hisce meis.
Parthenopè locus est viridis florentibus
herbis*

*Quem nemus arboreum sepit, & un-
Tempore Vernali jucundior extat in illa (da flæns
Parthenopes tota, vix regione locus.*

*Ipsè sed huc forsàn gradiens, hinc inde ferebam,
Lapsum quo possem cor recreare meum:*

*Ast ego dum tacitis meditans secessibus erro
Ecce: quid occurrit (credite vera loquor)*

*Æthere fit strepitus, strepit omnis murmure campus
Ignibus assiduis splendet uterq; polus.*

B

Exti-

Extimui, steteruntq; comæ, calor ossa reliquit:
 Vix mihi sed cum mens tota recepta fuit.
 Ecce: novem ducit Musas ignotus Apollo,
 Flavus, quæ gestant laureaserta, comis
 Quæ facies ipsis quæ præstans forma puellis,
 Meputo non Elegis posse referre meis.
 Sed propius gressum tendendam agnosco, Deorum.
 Esse unum, facies, denotat, idq; gradus.
 Os humerosq; Deo similis, vultumq; decorum.
 Emicat ex oculis conspicuumq; decus.
 Ille metusq; levans, inquit: deponet timorem
 Artibus, Aonijs, & Reverende, sacris
 Sum Deus, & recto, supremus dicor Apollo,
 Nomine, sidereas qui rego voce faces.
 Iste puellarum verò quid denotet ordo
 Undeve sit numerus talis, & unde Chorus?
 Scito gravi pietate micans V O G L E R U S amicus
 Reddere voce potens dogmata sacra mea
 Hic, velut assiduo M U S A R U M impulsus amore,
 Sic studio Aonijs artibus incubuit;
 Percipiet tandem, tritos post mille labores
 ΤΗΣ ΣΟΦΙΑΣ summum, non, sine laude, gradum.
 Cesariem quia ritè suam modo J U L I A cinget
 Infula, quæ laudum signa referre solet.
 Parnasi quare campos sedesq; reliqui,
 Ut tester nobis hunc placuisse virum.

Ipsi

*Ipsi propterea carmen modulentur & ipsa
Quas cernis, Musa, nunc cecinisse juvat.
Dixerat: avertens faciem mandata puellis
Ipse dat, Heroo verba refertq; sono.*

A P O L L O.



*TE Aganippææ mea iussa capescite Musæ,
Plaudite: Voglerum nunc proclamate Ma-
gistrum.*

*Plaudite: quæq; suam Citharam ple-
ctrumq; sonorum*

*Sumat, & applausu plaudendo carmina cantet
Auxiliator ero: cujus vi, dulcia chordis
Carmina, Conveniunt, Præses ero mitis Apollo.*

C L I O.



*IT licitum: nostri laudes cantare Magistri,
Approbat hoc Præses, pondus habere jubet
Noster enim Ingenuas didicit non segnitèr
artes*

*Unde nec agrestis, nec ferus esse potest:
Insuper: est animi donis & corporis auctus,
Nec fortunata prosperitate caret.
Sed veluti teneris operam navavit ab annis,
Sic, studijs, meritò præmia digna capit.
Sed Sopiæ Divus quis sit sancitor & autor
Melpomene referas Carmine, quæso, brevi.*

*Mandatum
Apollinis
ad Musas.*

*Clio com-
memorat
laudes Dn.
M. Vogleri.*

Melpomene
commendat
Philosophiæ
autorem.

MELPOMENE.



Lio soror partes mihi dedit fari.
Sophias originem sacram
Cognoscite ergo quod Deus fundator est:
Apollo fons & autor est.
Hic instituto gaudet: ipse his actibus
Præfens adest solennibus:
Habentibus postremo quæ præstò mala
Soror Thalia dicito.

Thalia mi-
natur pœ-
nas con-
temptori-
bus.

THALIA.



Rimus est à Melpomene citatus
Artium quis sit Scaturigo prima:
Nunc mihi par est mala prædicare
Contemptorum.

Væ quibus Flocci Palatina Pallas;
Nam sibi Pœnam cumulant acerbam,
Et Jovi Pœnas graviter feroces
Denuò solvunt.

Obviam nobis ἄγδερμα tetrum:
Vim parans Musis opicus Pyreneus
Pellitur mox, præcipiti, deorsum
Culmine, casu.

Ergo qui cultor Sophiæ beatus:
Sit sat: Euterpe breviter recense
Commodum, sit quale futurum amanti
Palladis ora.

EUTERPE.

*Euterpe
recenset
utilitates.*



Rdine servato mihi cū concessa potestas,
Σοφίας quæ commoda, dicam.
Est sub sole nihil, nihil est jucundius un-
Didicisse fideliter artes. (quàm
Ille beatus erit tota, cui contigit, asse
Artes potuisse studere.
Namq; nova, primò hæcunt dulcedine sensus
Exercent gaudia mentis,
Deinde virum doctum tollunt sublimia ad astra
Nomen faciuntq; perenne.
Insuper excultos reddunt, cum moribus, actus
Referunt vitamq; civilem.
Quid quod majus erit reliquorum, fulcra, Colum-
Sine queis durabile nullum. (næ

TERPSICHORE.

*Terpsichore
Gratulatur
voto.*



*Antandi soror amplius,
Euterpe, Sophian copia non datur
Nam finita solennitas:
Et proclamati tecta petunt sacra:
Devotis precibus, Deum,
Nostrum, ut sollicitent, annuat ut novis,
Servetq; incolumes, diu
Felices, fausto sidere prosperet.
Faxit cunctipotens Deus:
Vivant & valeant prosperitatibus.*

B 3

Sed

Sed templo redeunt: ego
Quapropter magis hic dicere desino.
Verum Calliope soror
Convivis facito gaudia plurima.

Calliope
invitat con-
vivas ad la-
titan.

CALLIOPE.



Viri graves clarissimi
Et artibus cultissimi
Virtute splendidissimi
Prudentia gravissimi

Juvenum corona candida
Phœbi legens volumina
Vos cæteri solennibus
Qui congregati ritibus.
Salvete cuncti & singuli
Læti cibus fruamini
Quos imperat tempus dari
Bacchum nec aversemini.

Hic gaudijs locum dare
Vultus serenos sumere
Nunc convenit, morositas
Procul sit & severitas.

Locus sorori convenit
Ut proferat quæ præcipit
Apollo, cedo, poculis
Vos interim gaudebitis.

URA-

URANIA.

Dostquam dempta fames, & amor compressus
edendi,

Dicite, Conviva, per secula cuncta manenti
Devoto, meritas, domino, de pectore, grates.

Hunc, celebrare decet, cœli terræq; potentem.

Voce animoq;, Deum, grati celebrate, Deorum.

Cetera de votis Erato restantia dicat.

ERATO.

Summa quibus Domini bonitas est cog-
nita, grates.

Eja agite immensa pro bonitate Deo.

Nam pius est laudate pium celebrate benignum.

Ipsius quoniam gratia sine caret.

Qui sua jumentis dat pabula, dat sua pullis.

Corvorum, querula quando ea voce vocant.

Non huic robur equi placet in fera bella ruentis,

Non juvat hunc fortis tibia crassa viri.

Ipsam qui timere placent, hos diligit ultro,

Quicumq; ipsius spem bonitatis habent.

Sufficit: hoc vobis dixisse Polymnia diva

Accelerat volitans cerno, recedo, cedo.

POLYMNIA.

RES ingrata dijs oblivio: gratia quare

persolvenda mihi memori de pectore vobis:

Officij

Urania
Gratias a-
gere pro
beneficijs
suadet.

Erato ora-
tionem
exhibet.
E. H.

Officij ipsa memor depromo, solvo, resolvo.
Conviva vobis: actum, praesentia, nostrum
Vestra quod ornavit: memori de corde rependet
VOGLERUS: rogans cras cum conscenderit orbem
Sol medium ut rursus praesentes esse velitis
Sic honor est artis Pallasq; rependet honorem
Retribuetq; vicem sic gratus Apollo. Valet.

A U T O R.

His ita finitis caput inter nubila condunt.
Hinc tremor invasit, tremulus sine sanguine
stabam

Attonitus, cunctos & adhuc modo frigidus artus,
Dum loquor, horror habet, trepidat formidine
pectus

Ter volui proferre: sed heu ter lingua retenta est,
Ter conata loqui, ter destitit, ausaq; vanè.
Mens tamen ut redijt: pariterq; colore loquela
Atq; animus redijt, pariter redière labores
En Reverende tibi *Votum* VOGLERE Magister.

V O T U M.

Dii tibi sint faciles, maneat fortuna, vigorq;
Perq; annos diuturnus eas, accedat ad annos:
Ut conjux pulchrà faciat te prole parentem.
Inem vota tenent, precibus si flectitur ullis
Iuppiter omnipotens, facietq; vocatus, Apollo.

JOHANNES KÖNEKE Diaconus
Petrinus Magdæburg:

PAL-

V.



Alladijs peltis, mitrâ vallande MA-
GISTRA,

I felix, CLARIO cultus honore
redi. (cundet,

Quod dudum audebas, nunc perficis; ausa se-

Qui primus SOPHILÆ fautor & autor ovat.

Tu, qui PRÆCO audis policæ mihi junctæ

CAMÆNÆ,

In NOSTRI laudes cuncta repende DEI!

*Collega Collega, Compater Com-
patri deproperabat.*

M. PETRUS HECHTIUS.

VI.



I sua militibus Dux præbet præmia fi-
dis,

Dum fortis cæso victor ab hoste
redit,

Siq; suos meritæ dignos virtutis ho-
nores,

Seu gravis ars pugilum, sive palæstra capit.

Si quoq; olympiaco ludo qui certat aperto,

VIRTUTIS meritæ laurea ferta tulit:

C

Cur

Cur non Musarum & Phoebi perdocta palæstra
Officij mereat præmia digna sui?
Voglere ergò bonas multùm celebrate per artes
Vogleri generis gloria magna tui
Munera non Bacchi, nec flagitiosa voluptas
Numina, quæ coleres, complacuere tibi
Ast animus fatagit primo sub flore juventæ
Musarum & Phoebi dulcia castra sequi
Dum colis ingenium studijs, vel rebus honestis,
Nec non Pierio munere pectus habes.
Non his contentus, verum majora requiris,
Ut cingat doctas laurus odora comas.
Hinc reperit Phoebi laudato more palæstram
Ut victor summus laudis amore fies.
Pisæâ sudans luctâ certamine digno
Ingenij sentis præmia digna tui
Accipe præclaram summâ cum laude coronam,
Atq; Magisterij præmia justa tui
Hanc tibi concessam laurum tibi grator honore
Inceptis faveat prospera stella tuis.
Vive valeq; diu mihi caro pectore junctus
Perpetuò affinis, Compater ergò fies.

JOHANNES LAURENTII
Advocatus Magdeburgensis.

Cui

VII.



Uitradet digiti decus Smaragdum,
 Aureo modò circulo implicatum,
 Lux CORNELIUS atq; Ocellus HELMI,
 Quà cœlo caput explicat serenum,
 Formosissima JULIAS Dearum?
 VOGLERE, en! Tibi: namq; Tu Vacunæ
 Mystas spernere semper ipse fuisti;

Cum Phœbo duce Virgini patrinæ
 Sacraſti teneræ dies juventæ.
 Jam pridem fueras honore dignus
 Tali, quem modò ſerus impetrabis.
 At qui non nimis ambiunt honorem,
 Tandem quod fugiunt, id adſequentur:
 Sic jam coccineâ Tibi tiarâ
 Muſæo ſaturam lepore frontem,
 Velat JULIAS, atq; non pigendâ
 Compensat gravitate tarditatem.
 Hos ergò titulos honoris ampli
 Lætâ ſuſcipe fronte, quos ſupremus
 Mundi Rector & arbiter ſecundet,
 In laudemq; ſuam & Tuam perennet.

VALENTINUS CREMCOVIUS
 Ad D. D. Sebaſt. & Nicol. Eccleſiaſtes
 & Gymnaſij Magdeb. Collega.



C 2

Cur

VIII.



*VR*tu, cum populum doceas mysteria
CHRISTI,

Doctorem dici te pateris Sophiae?

Nempè, licet quidam statuunt con-
traria, verè

Cum Sophia pacem Thejologia fovet.

Ambabus quare potes inservire puellis:

Isti nam semper, quod jubet illa, placet.

M. HEINRICUS DECIMA-
TOR, Junior.

IX.



UX contracta suo, diffuse juncta ca-
lore

Robore fulgoris, splendidore mi-
cat.

Luna suis junctim radiis unita calori

Solis, habet majus lumen & inde micat.

Philosophi virtus, parili ratione nitenti

Theologi dextrè juncta resultat ovans.

Testis hic est V. OGLERUS, Apollinis altor, & Atlas

Musarum, splendens unio Parthenopes.

Hic Sophiae radios, Sophiae decus aspice summum.

Hic Sophiae lucem, Thejologia dedit.

Hic

Hic conjuncta vides mirando glutine divi
Splendida Theologi Philosophiq; bona.
Hunc ad virtutis templum vectare quadrigis
Musarum satagis grata sacrata cohors.
Vade Dei symmysta, novis & honoribus auctum
Te Patriæ toti siste subinde tuæ.

M. JOHANNES CUNO
Magdeb: Theol. Stud. ad-
plauderat.

X.



Non emptore caret bona merx. Præ-
stantia vini.

Non hederam quærit. Sic Tene gra-
vedine mirâ

Exonerem laudum? Procul hoc nunc absit. Egeno
Laudibus officij genus hoc præstabo paratus
Parthenope, Voglere, micantibus undiq; laudum
Te meritum decorat, veneratur & excipit alma
Nominibus. Charitum tibi sancta caterva beatis
Laudibus applaudit. Quid? plausibus addit honores

C 3


Julias

*Julias immensos, sertis tua tempore cingit.
His ita dignus eras. Nunc accipis. Accipe felix.
Et Patrie pia fax & lucida stella corusca.*

TOBIAS CUNO Magdab:
Theol: Stud.

F I N I S.





*Id 4212.
8.*

ULB Halle 3
002 391 589



So

Me
vom







40

AGISTERII

es
imi & Doctissimi Viri,

NI VOGLERI,
ni in veteri Magdæbur-
simi,

fi
e Juliae Magnifico
o Clarissimo

AFFRADIO, SS.
Professore eximio,
PRO TEMPORE
ritissimo,

Excellentissimo
MEIBOMIO, Poëta
riarum P. P.

PHILOSOPHICI
Clarissimo

MARTINI acu-

ITO QVE
radus & dignitas unà cum
ocum obtinuit, decernerentur
atur.

B A N T
utores & Amici.
a Christianæ
IsCVM.

MDCVVII

NA ANDREÆ BEZELII.